

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19

Paulus <Diaconus>

[S.l.], [9. Jh.]

Beatus Maximus episcopus: Sermo zu der Evangelienlesung

[urn:nbn:de:bsz:31-6704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6704)

36^v
LXXXVIII
**SERMO BEATI
MAXIMI EPI DE EAD**

LECTIONE

DILIGI
GENTIR
audistis euan-
gelicam lec-
tionem. intel-
legere potes-
tis. quia mi-
nistris ac sec-
cerdotibus di-
reuerentia

debeatur. uel quia ipsos cleri-
cos inuicem humilitate se
oporteat praeuenire.

Ait enim dñs percunctantibus
discipulis. quis eorum in regno
caelorum maior esset & futurus.
statuto coram omnibus pueru-
lo. Quicumq; humiliave-
rit se sicut puer iste. hic mai-
or erit in regno caelorum.

Vnde intellegimus. quod hu-
militate peruenitur ad reg-
num. simplicitate penetra-
tur ad caelum. Quisq;
ergo cupit diuinitatis tenere
uestigia. humilitatis ima-
sectetur. Quicumq; uult
fratrem praeuenire
regnan- do. prius illum
praeueni- at obsequendo.

Sicut ait apostolus. Honore
inuicem praeuenientes.

Vincat eum officus. ut possit
uincere scititate. Si enim
te non laesit fratris obsequi-
um. meretur ut diligas.

Quod si for sitan laesit. magis
obsequium meretur ut uincas.

Haec enim nostrae xpianitatis
summa est. ut amantibus uicis-
situdinem. laedentibus patien-
tiam rependamus. Quae ergo
fuerit patientior ad iniuriam.
potentior constituetur in reg-
no. Non enim ad imperium
caelorum peruenitur super-
bia. diuitis. praefectura. sed
humilitate. pauperie. lenita-
te. Arta enim & angusta
uia est. quae ducit ad regnum.

XI **Q**uis quis ergo honoribus in-
flatus fuerit. & auri thesauris
dilatatatus. tamquam onustum
& impeditum animal. per
angustum regni iter tran-
sire non poterit. Simul
& iam se aestimat per-
uenisse. sed sarcinam eius exi-
gua porta non capient.
re percussa limine retror-
sum redire cogetur.

Tam enim angusta est diuiti-
porta caelestis. quam est
camelo acus foramen exiguum.

Vnde ait dñs. Facilius est
camelum perforamen acus
transire. quam diutem in
regnum caelorum. Sicut
enim camelum animal tor-
tuosum atq; deforme. exigua
cauerna preterire non patitur.
ita & diutem auarum atq;
mendacem. arta caeli ianua
minime intrare permittit.

Nam ideo nudi in seculo nascimur.
nudi etiam accedimus ad lau-
acrum. ut nudi quoq; & expediti
ad caeli ianuam properemus.

Quam autem incongruum & ab XII
surdum est. ut quem nudum
mater genuit. nudum suscipit
ecclesia. diues intrare uelit in
caelum. Propterea ado-
lescenti illi diuiti in euangelio
a saluatore dicitur. qui sibi ius-
tus uidebatur & sc̄s. & omnia
mandata legis compleisse.

Suis perfectus esse. uende om-
nia tua. & da pauperibus.

Vsq; adeo enim. nuda uirtus apta
caelo est. ut quamuis iustus. quā-
uis sc̄s. aurum uel diuitias possi-
dens. non possit esse perfectus.

Talem enim uoluit adulescentē
illum dñs ad paradysum redire
qualis adam fuerat. de pa-
radysi sublimitate deiectus.

Nudus enim adam incola para-

disi fuit. deniq; post peccatum
nuditatem suam per uidentem.
folio pudenda contextit.

Prius enim quam peccaret. ho-
nestatis erat calore uestitus. atq;
ideo nuditatem inhonestam.
non natura instituit. sed delicti
reatus inuenit. Nam & sc̄i angeli
insplendidissimo habitu consti-
tuti. numquid tunicis operiun-
tur & palliis. sed cum sit in illis
natiuitatis suae nuda substantia.
uestiti uidentur esse quod sc̄i sunt.

Sic igitur & adam custodiens ho-
nestatis angelicae dignitatem.
erat quidem nudus mundanis
uestibus. sed in mortalitatis
erat splendore uestitus.

Nil prauum respiciebant eius oculi.
non coreus turpe aliquid cogita-
bat. Erat apud honestas
mentes. nuditas ipsa uestita.

Sicut enim apud nequā homines
turpis cogitatio a concupiscentia
uestibus non arceatur. ita
apud sc̄os uiros. honesta simpli-
citas. ad concupiscendum nudi-
tate non trahitur. Sed sicut
uirtuosis a corruptelam nuda
sunt omnia. ita religiosis
ad castimoniam aperta sunt
uniuersa. Quid autem ait
euangelica lectio. Qui scan-
dali zauerit unum de pusillis

37^v
istis qui in me credunt. expedit
ei ut suspendatur mola asinaria
in collo eius. & mergatur in pro-
fundum maris. Pusillos hic
non aetate pueros. sed malitia
paruulos dicit. Sicut aposto-
lus ait. Malitia paruuli esto
te. ut sensibus perfecta sis.
Qui sunt isti. nisi clerici idonei.
& monachi religiosi. uellatici.
Quisq; igitur his inreuerens.
aut contumeliosus extiterit.
hac beluina poena plectetur.
ut in formi saxo religato illi ad
collum. praecipitetur in mare.
Sed uideamus cur scandalizan-
tibus xpianos. ista poena decre-
ta sit. aut quid sibi uelit ipsa
sententia. Puto enim illam
aliquod misterium continere.
Quasi uero non sufficeret in ma-
re homini demergendo. saxum
quale cumq; non magnum
aut enorme. sed mole asinarie
lapis ei religetur ad collum.
ut cum perituro homine. pere-
at res usui necessaria.
Sed puto hoc magis esse quod in
scripturis asini figura populus
gentilium nuncupatur. qui
clausis oculis. circa ignorantis
molam. erroris sui giro per-
trahitur. & sine ulla cursus
directione. uestigis in se sepe

redeuntibus. inuitus usui labo-
rat alieno. Nonne enim
tibi uidetur molam asinariam
uolueri gentilis populus. quam
diu in imperitiae suae lecbore
uersatur. Naturae qui-
dem uinculis alligatus. ut uerbu-
m dei molat. Dnm caeli
quaerat. sed operatae mentis
caecitate suffusus. uultum ani-
mi erigere addm. cordis oculos
leuare non possit. ad caelum.
Sed quomola asinaria saxum
esse constat. uideamus si & pa-
ganorum talis est mola.
Talis est plane. saxea enim mola
est paganorum. iuppiter hercu-
lesq; lapideus. circa quos caecis ocu-
lis. frequenti errore circum-
eunt. Caecos inquam dixerim
eorum oculos. qui putant se
uidere quod non uident.
Aspicientes enim saxum. dm se
uidere confidunt. Attamen.
qui uoluit molam. consumman-
di aliquando finem operis habet.
exuendi spem gerit laboris.
Cui uero mola asinaria ad col-
lum suspenditur. portat lapi-
dem. qui portare debuerat
iugum dm. Asinus ergo
ad molam. caecus ad lapide.
gentilis ad saxum. qui adoratur
cum quem non uidet & nec agnoscit.

38
38R

Dñ enim non in manu factis
habitat. nec in metallo. aut
saxo cognoscitur. Hic ergo
gentilis populus. cum persecu-
tionem xp̄iano intulerit. hac
poena plectitur. ut cum sua sacri-
lega mola iudicandi sae-
culi fluctibus demergatur.

**DOMI P̄ SCI ANGE-
LIE SCI IUA SIC MATHIU.**

T Nillo temp. Ascendens ih̄s in
nauculam. trans fretauit & uenit
in ciuitatem suam. Et ecce offere-
bant ei paralyticum. in lecto iacentem & reliq.

**Sermo beati iohan-
nis episcopi diadimi
lectioni.**

Xpm̄ in humanis ac-
tibus diuina gessisse
mysteria. & in rebus
uisibilibus inuisibilia
exercuisse negotia. lectio ho-
dierna monstrauit.

Ascendit inquit in nauiculam
& trans fretauit. & uenit in ciui-
tatem suam. Nonne ipse est
qui fugatis fluctibus maris pro-
funda nudauit. ut israheliticus
populus inter stupentes undas.
siccio uestigio. uelut montium con-
caua transiret. Nonne hic est
qui petri pedibus. marinos uerti-
ces inclinauit. ut iter liquidum
humanis gressibus solidum

praeberet & obsequium. Et quid
est quod ipse sibi maris sic dene-
gat seruitutem. ut breuissimi
laci transitum. sub mercede nau-
tica transfretaret. Ascendit
inquit in nauiculam & trans fre-
tauit. Et quid mirum fratres.
xp̄s uenit suscipere infirmitates
nostras. & sua nobis conferre
remedia sanitatis. Quia me-
dicus qui non fert infirmitates.
curare nescit. & qui non fuerit
cum infirmo infirmatus. infir-
mo non potest conferre sanitatem.

Xp̄s ergo si uisus mansisset uirtuti-
bus. commune cum hominibus
nil haberet. Et nisi impleisset
carnis ordinem. carnis in illo
esset otiosa susceptio. Sustinuit
ergo has necessitates. ut homo
uerus humanis necessitatibus
probaretur. Ascendit in nau-
iculam. Xp̄s ecclesiae nauem.
saeculi fluctum semper mitiga-
turus ascendit. ut cre dentes
in se. ad caelestem patriam
tranquilla nauigatione per-
ducat. Et municipes ciuita-
tis suae faciat. quos humanita-
tis suae fecit esse consortes.
Non ergo xp̄s indiget nauis. sed
nauis indiget xp̄o. quia sine
caelesti gubernatore. nauis
ecclesiae per mundanum pelagus